



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore
distinctus

Chokier, Érasme de
Coloniae Agrippinae, 1684

52. An exempti si sit periculu[m] fugæ, possint ab Ordinario capi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

alia cuiuscunque generis impedimenta late Anchar. conf. 409. ex eo quod tali dispensatione derogetur tantum juri positivo, ita & hoc in casu, status enim beneficiorum exemptionumque sunt à jure positivo, Abb. cap. postulasti de Rescriptis cap. Episcopus de prabend. tot. tit. de privilegiis Accedit glossa finalis Clem. 2. de elect. quæ dicit obligatos ad adeundum Papam pro confirmatione, absolvi, si interveniant impedimenta ad hæc eadem confirmat Aufertius in rep. Clem. 1. q. 10. vers. unde in principio in puncto & vers. jnge enim difficilem de offic. ordin. post multa dicens quod si clericus opprimat exemptos quod auctoritate propria sibi ius dicere possint Calderin. conf. 20. circa med. de regular. arg. lib. 1. C. quando liceat unicuique.

Similiter, in alienatione per exemptos facienda diximus supra lib. 4. cap. 1. sub finem quod licet regulariter auctoritas superioris intervenire debeat. si tamen superioris vel Pontificis accessus sit difficilis, alienatio omnia auctoritate subsistet.

Postremo, est quod notat Barth. in l. ex eo tempore nu. 6. ff. de milit. test. quod in Ecclesiis valde remotis ab Ecclesia Romana electus statim post admittit non expectata confirmatione cap. ne pro defectu de elect. Abb. cap. nihil per tot. ubi videtur. 8. qui dicuntur esse remoti à Papa de electione. De qua materia late & fute Redoanus tract. de rebus Eccles. non alienand. quest. 51 per tot. Navar. cap. accepta opposit. 3. solut. n. 32. de rest. spol.

QUESTIO LH.

An exempti si sit periculum fuga. possint ab ordinario capi.
SUMMARIUM.

- 1. Reipub. interest puniri delicta.
- 2. Creditor potest arrestare suam debitorem.
- 3. Temperatur si index exemptorum adiri possit.

Post, diximus obiter supra lib. 2. quest. 45. casu sexto num. 10. quod paucis hic confirmo alijs auctoritatibus Auth. de defensorib. Civitatum §. audient. col. 3. Anser. Clem. 1. quest. 20. fol. 60. de offic. ord. Ratio est, quia cum Reipublicæ interest maleficia non remanere impunita. ita vulneratus ff. ad. l. Aquil. l. longius 3. 1. ff. de iudic. magna impunitati fenestra aperiretur, si eam potestatem ordinario abnueremus.

Quandoquidem privatim id videtur etiam concessum ut debitor fugitivus à suo creditore arrestari sifive possit glo not. l. nullus C. de iudeis Anchar. conf. 439. l. ait prator §. si debitorem ff. qua. in fraudem creditorum glo. §. 1. inst. de act. verb. in iudicio laudata per Bald. & Ang. ibidem glo. §. necessitatem verb. detinere Auth. ut iudices sine quoquo suffrag. collat. 2. cap. unico in pr. ubi glo. verb. potestatem de pace iuram. firm. Abb.

V u z

lib. cap. eum non ab homine de iudic. l. ason. §. 1. instit. de act. Barth. l. si quis in servitute ff. de furtis Bald. l. si quia per calumniam C. de Episcop. & Clericis Anchar. reg. ea que 20. de reg. jur. in 6. & DD. quos supra allegavi. d. quest. 45. num. 10. Unde non immerito traditum est, exemptum si sit periculum fugæ ab ordinario ad instantiam creditoris detineri sivistivè posse fugitivus enim amittit privilegia legalia late Peck. l. de iur. sistendi ca. 8. nu. 7. An autem incompetentiam iudicis allegare possit, vide apud eundem Peckium cap. 10. num. 11. Paucis, attestatio hæc non aliter permilla est quam ut debitor caveat de stando iuri in foro suo, velut apud Cavalecaum probatum est decis. 1. num. 13. par. 1. Peck. ubi supra q. 45. nu. 7. & seqq.

Limitanda autem est prædicta conclusio in casu quo non possit haberi copia iudicis exemptionum, aut saltem non commode, quin interea daretur causa elabendi, nam cum capto exemptorum sit nominatim ordinatio interdicta Clem. 1. §. 1. & ibi Card. de censib. Paul. de Leazar. c. si clericos de sent. excom. in 6. Guido. sing. 492. Si commode aocitra periculum haberi, aut expectari possit, auctoritas iudicis exemptorum ordinarius tali captura injuriam faceret, & exemptio capto & iudici illius iur. l. generale ibi si præsidi copia desit C. de decurio lib. 10. Ita declarat Barth. & Baldus post Alonem l. 1. c. ubi de crimine agi oporteat. Alioquin de spolio agi posset v. infra quest. 65. num. 12. Quæ quidem apud Præsidem Everardi etiam tractata sunt in locis loca à surrogatis vers. 24. quippe sicut Iudex extra suum territorium sententiam suam executioni non mandat l. extra ff. de jurisd. om. iud. 10. Ita nec pars suam debitorem extra provinciam propria auctoritate sistere potest, ne plus liceat parti, quam iudici Præs loco iam allegato ibi tradit, quid si creditores debitorem suum in alienam usque provinciam persequantur, Porro diximus frequenter exemptos extraneis & loca exempta locis extra territorium comparari lib. 1. q. 45. num. 5. & infra qu. 54. nu. 2.

QVAESTIO LIII.

Ordinarius à iure potestatem habens visitandi monasteria monialium, an poterit Abbatisas destituere.

SUMMARIUM.

- 1. Ordinarius tanquam delegatus visitat moniales.
 - 2. Non potest destituere.
 - 3. Delegatus destituere non potest.
 - 4. A visitatione ad destitutionem argui non potest.
1. Moniales licet immediate subiectæ sint Pontifici, tamen ab ordinario auctoritate Apostolica visitari possunt, estque id conforme Concilio Tridentino Clem. attendentes de statu Monach. ubi DD. Concil. Trid. sess. 25. cap. 9. non ideo